



**Questiones spiritualis [con]iuiuij delicias preferentes,  
super euangelijs tam de te[m]pore [quam] de sanctis**

**Johannes <de Turrecremata>**

**Lyon, 18. Jan. 1509**

In festo sancti iohan[n]is euangeliste.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70506](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70506)

In festo sancti iohannis euangeliste.

quia totaliter subiectum est ani-  
me. propter quod videtur qd pos-  
sit immutare visum indifferen-  
ter a longe et prope. et sit in pote-  
state eius qd immutet visum in  
ppria vel alia effigie. Sicut di-  
citur de corpore xpi glorioso.  
Luce vii. Deitatem vero videre hoc  
modo non potuit. sed sicut in vi-  
sione imaginaria format in vir-  
tute imaginatiua aliq effigies  
ad representandum deum. ita exte-  
rius potest diuinitas formari ad  
immutationem oculi corporalis.  
aliqua effigies corporalis non a  
deo assumpta sed formata potest  
ipsum representare oculo corpo-  
rali. Et sic pbabiliter absq alia  
assertione potest dici qd fuit in vi-  
sione stephani mentaliter. tamen  
cognouit qd illa effigies non erat  
ipsa diuinitas nisi representati-  
ue. et huic modo dicendi concor-  
dat lit tera cum dicitur. Ecce vi-  
deo celos apertos et filium homi-  
nis stantem a dextris dei. Et hec  
tm de questione ista.

cunda. vtrum beatus iohannes  
fuerit mortuus.



**D** prima  
questione sic  
pceditur. et vi-  
detur qd non.  
¶ Primo sic.  
deus diligit  
omnia equaliter.

ergo non dilexit magis iohannem  
q petrum. sequentia est bo-  
na. antecedens pbatur. Sicut di-  
ligit omnia ita cognoscit omnia.  
sed equaliter cognoscit omnia.  
ergo equaliter diligit omnia.  
¶ Secundo sic. deus eodem actu  
simplici dilexit iohannem et petrum  
ergo non vnum magis q alium.  
¶ Tertio sic. xps manus bonum  
voluit petro q iohanni. ergo plus  
dilexit petrum q iohannem. ante-  
cedens pbatur. qm petro com-  
misit curam totius mundi. Vn ait ei  
Job. xxi. Petre amas me pasce  
oues meas. iohanni vero non com-  
misit nisi custodiam vnius per-  
sone. scilicet matris sue. ¶ In op-  
positum videtur argui ex presen-  
tatione euangelio. vbi specialiter ioh-  
hannes nominat dilectus a xpo.  
¶ Respondeo dicendum. qd questio  
ista vt tagit sanctus thomas in  
pma. p. (q. xx. ar. iij. ad tertiu.)  
et super iohannes. multipliciter  
soluitur. Augustinus enim res-  
fert hoc ad misterium dicens. qd  
vitam actiuam que significatur  
per petrum plus diligit deus q  
vitam contemplatiuam que sic



**I**n festo  
beati iohan-  
nis euangeli-  
ste est euange-  
lium. Dixit ie-  
sus petro et.  
Job. vii. cir-  
ca quod pos-  
sunt disputa-  
ri sequentes qd

stiones. ¶ Prima vtrum xps plus  
dilexit iohannem q petrum. ¶ Se-



In festo sancti iohannis euangeliste. fo. clxxij.

guificatur per iohannem. quia magis sentit presentis vite angustias et citius ab eis liberari desiderat et ad deum ire. Contra platinam vero vitam plus deus diligit. quoniam magis eam conservat. non enim simul finitur cum vita corporis sicut vita corporis. Quidam vero dicunt quod petrus plus dilexit christum in membris et sic etiam fuit plus a christo dilectus. unde ei ecclesiam commendavit. Iohannes vero plus dilexit christum in seipso. et sic etiam fuit ab eo plus dilectus. Unde ei commendavit matrem. Alii vero dicunt quod incertum est quis eorum christum plus dilexit amore caritatis. et similiter quem dominus plus dilexit in ordine ad gloriam vite eterne. scilicet petrus dicitur plus dilexisse christum ad quandam promptitudinem vel fervorem. Iohannem vero plus dilexit christum ad quedam familiaritatis iudicia que christus ei magis demonstrabat propter eius iuventutem et puritatem. Alii vero dicunt. quod christus plus dilexit petrum christum ad excellentius domum caritatis. Iohannem vero plus christum ad melius domum intellectus. An petrus simpliciter et magis dilexit iohannes non sicut quidam. Presumptuosus tamen videtur hoc iudicare. quia ut dicitur Prover. xvj. Spirituum ponderator est deus et non alius. Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur. quod amor dicitur mensurari. Uno modo ex suo principi

pio. et sic dicitur magis amari id ad quod amandus voluntas magis inclinatur. et sic deus equaliter omnia diligit. Alio modo ex parte obiecti sicut quod quis dicit magis amare illum cui maius bonum vult. et sic deus dicit magis diligere unum quam alium. incertum vult et maius bonum. Ad secundam respondetur quod ratio procedit de affectu dilectionis. sicut quod omnia equaliter diligit. quia uno et simplici actu. quod quis non velit semper equale bonum vel idem omnibus. Ad tertiam respondetur. concedendo argumentum.



**D** secundam

sic proceditur. Et videtur quod beatus iohannes non fuerit mortuus. quia in presenti euange

lio scribit. Sic volo eum manere scilicet vivum. donec veniam scilicet in fine mundi. In oppositum est quod hodie in ecclesia sancta recolitur eius obitus. Ratione dicendum. quod occasione illius verbi. Sic enim volo manere. quedam dixerunt iohannem non esse mortuum. sed usque ad novissimum diem victurum et in sepulcro dormientem donec veniens christus excitet eum. hoc accipientes signum quod in sepulcro eius videtur quedam scaturitio manere per modum ebullitionis erurgere. et dicit hoc cavari ex anhelitu eius. sed ut dicit



## In festo innocentium.

Albertus hoc est fabula. Alij vero eum non dicunt esse mortuum. sed dicunt eum cum enoch et helia transfatum id paradysum pugnaturum cum antichristo. et pro christo suscipiet martyrium. nec hoc videtur verisimile tam dilectus sibi apostolum tam diu. hoc est tanto tempore usque ad finem mundi suspensum a sua visione et fructu alijs apostolis in gloria existentibus. Et ideo cum alijs dicendum est quod beatus iohannes mortuus est sed non per martyrium. et quod statim post mortem resurrexit. et cum corpore et anima translatus sit ad locum beatorum. Et huiusmodi rei capitulum arguendum. quia in sepulchro eius corpus non inuenitur. sed de fundo sepulchri manna scaturit et ebullit in signum eius quod populum dum viveret celesti pane pavit. Non enim videtur credibile quod corpus tam dilecti apostoli deus sine veneratione in celo et in terra reliquit. Et cum non inueniatur ad venerandum pius est credere quod in celo beata vita et immortalitate sit vestitum. ut dicit albertus. quod non dicit. Sic volo eum manere. sic intelligit. id est. nolo eum mori per martyrium. nolo quod persecutoris supplicium eum ab hac vita presecindat. quia et si venenum bibit. non tamen nocuit donec veniam advocandum eum ad gloriam. Unde legitur invitatio sua quod in ultima senectute sua apparuit ei dominus. dicens. Veni dilecte mihi. quia tempus est ut cum fratribus tuis mecum epuleris.



In festo innocentium est euangelium. In illo tempore. Angelus apparuit in somnis ioseph. mat. ij. Circa quod possunt hec disputari

**I** Primo. utrum innocentes veraciter dicantur martyres christi.

**S**ecundo. utrum baptismus sanguinis suppleat defectum baptismi aque.



**Q**uoniam prima questione sic procedit. Et videtur quod innocentes pro christo occisi non dicuntur veraciter martyres christi.

**P**rimo sic. nulla passio videtur meritoria et martyrii corona digna nisi sit voluntaria. sed passio istorum innocentium non potuit esse voluntaria cum usum rationis non haberent. ergo non videntur posse dici martyres.

**S**ecundo sic. martirium est actus virtutis. sed ois actus virtutis est voluntarius. sed talis non fuit in illis. ut dictum est. ergo etc.

**T**ertio sic. martyr in greco dicitur testis fidei christiane. sed innocentes illi non potuerunt esse testes fidei christiane. cum usum liberi arbitrii non haberent. ergo martires veraciter